



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

XXII. Der Probst und das Kloster Leitzkau treffen eine Bestimmung über das Kathedraicum der Pfarrkirche in Wittenberg, am 28. Januar 1402.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

XXI. Das Kloster Leitzkau nimmt das Stift St. Servatii in Quedlinburg in die Gemeinschaft seiner geistlichen Verdienste auf, am 23. September 1311.

Inclite Domine Abbatisse, Preposita, Decane nec non totique Collegio ecclesie S. Servatii in Quedelingeboorch Johannes Prepositus et archidiaconus, H. prior totusque conventus ecclesie Lyzekensis — pie devotionis affectu, quem ad monasterium nostrum percepimus vos habere, petitionem vestram benigno et hilariter recipientes assensu, damus vobis plenam fraternitatem et plenariam participationem omnium honorum, que sunt et de cetero Domino cooperante in monasterio nostro fient, in vita nostra pariter et in morte, in missis, in vigiliis, in ieiuniis, elemosinis et orationibus et aliis bonis operibus. Et quando dies obitus fororum vestrarum nobis intimatus fuerit, XXX missas in conventu celebrabimus et in speciali missas, psalteria et alias orationes pro eis, quem admodum pro omnibus nostram fraternitatem habentibus facere consuevimus, faciemus integre et complete; quod similiter nobis et nostris apud vos fieri petimus et optamus. — Datum Anno Domini MCCCXI, in sequenti die B. Mauricii.

Wiedmann's Anh. Historie.

XXII. Der Probst und das Kloster Leitzkau treffen eine Bestimmung über das Kathedraticum der Pfarrkirche in Wittenberg, am 28. Januar 1402.

Nos Johannes prepositus, Lucas prior totumque capitulum ecclesie sancte Marie Litkenfis, ordinis premonstratensis, Brandenburgensis dyocesis, notificamus tenore presentium universis, quod licet nobis et ecclesie nostre specialiter sit indultum, quod a parrochialibus ecclesiis in nostra jurisdictione, subjectis rectoribus in eisdem ab hac luce transeuntibus, kathedraticum, quotiens opportunum fuerit, tollere et recipere valeamus, et cum ecclesia parrochialis in Wittenberg, quia pro nunc prepositus et capitulum capelle omnium sanctorum in Wittenbergk sub regimine aliisque administrationibus habeant et possideant, in nostra jurisdictione sit sita, et ad instar aliarum ecclesiarum ad hujusmodi kathedraticum nobis tribuendum sit restricta, ut ergo dicti domini, prepositus et capitulum capelle predictae cum dicta ecclesia parrochiali in Wittenberg de cetero interim et quousque sub eorum regimine continetur, ut presertim, ab hujusmodi kathedratico permaneant liberati et exempti, Nos ac nostri successores, qui pro tempore, a sepedictis dominis preposito et capitulo capelle predictae et eorum successoribus singulis annis super festo purificationis Marie beate virginis gloriose pro annuali censu seu steura loco kathedratici interim, quod praefatam ecclesiam sub eorum regimine, ut presertim, teneant et possideant, quindecim grossos behemicales Pragensis monete sine omni contradictione recipere promittimus. Et hujusmodi kathedraticum deinceps perpetuis temporibus a praefata ecclesia interim, quod sub regimine sepedictorum canonicorum capelle omnium sanctorum antedictae teneatur, unice postulare ac quovis modo recipere volumus, isto tamen notanter expresso et salvo: si dicti domini, prepositus et canonici ecclesie omnium sanctorum in Wittenbergk dictam ecclesiam parrochiam ibidem permutarent seu resignarent aut quovis alio modo a regimine ejusdem ecclesie resilirent, quod extunc jus nostrum ac nostre ecclesie ad recipiendum et ad dandum hujusmodi kathedraticum vigore dicte ecclesie parrochialis maneat nobis eque sal-

vum. In firmiter et evidentius testimonium premissorum presentem literam nostrorum Johannis nostri prepositi et ecclesie Lytzkenfis capituli sigillorum munimine duximus sigillandam sub anno domini millesimo quadringentesimo secundo, sabbato proximo post festum beati Vincentii martyris.

Nach einer Abschrift in einem alten Copiario, was sich auf der großherzogl. Bibliothek in Weimar befindet. Mittheilung des Herrn Professor Geffter.

XXIII. Der Pabst Johann beauftragt unter Anderen den Probst zu Leitzkau mit der Execution einer apostolischen Anordnung gegen die Stadt Magdeburg, am 24. Dezember 1414.

Johannes, Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Abbati in Berga extra Magdeburgenses et St. Johannis extra Halberstadenfes muros ac in Lizka per praefides solitorum gubernari Brandenburgensis dioecesis praepositis monasteriorum salutem et Apostolicam benedictionem. Hodie dilectis filiis, Consulibus et communitati Magdeburgensium nostras literas concessimus in haec verba: Johannes, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis, Proconsulibus, Consulibus et communitati civitatis Magdeburgensis salutem et apostolicam benedictionem. Quotiens a nobis petitur etc. Datum Constantiae anno 1415, 9. Cal. Januarii Pontificatus nostri anno V. Volentes itaque, ut praedictae literae nostrae debitum fortiantur effectum discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, ut vos seu ambo s. alteruter vestrum ipsimet vel per alium aliosve supra nominatis Proconsulibus, Consulibus, singularibus personis et communitati supra dicto privilegio contra ejusdem concessionis nostrae tenorem a quoquam immerito vim inferri prohibeatis; nulla re cunctis, quae in eisdem litteris nostris expressa sunt, obstante quicquid tandem a fede praedicta aliquibus indultum sit, ita ut arcessi, suspendi vel excommunicari non possint, literis Apostolicis non facientibus plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulgentia hujusmodi mentionem, contradictores per censuras ecclesiasticas appellationibus postpositis compescendo. Datum Constantiae, anno 1415, 9. Cal. Januarii, pontificatus nostri anno V.

Balthar Singul. Magd. IV, 78.

XXIV. Markgraf Friedrich bestätigt dem Stift Leitzkau ein Privilegium, am 14. September 1418.

Fridericus, dei gracia Marchio Brandenburgensis — Constituti coram nobis Religiosi patres domini Johannes Ruhlstorp prepositus et Lucas prior ecclesie Letzkenfis — certa privilegia nec non litteras sigillatas a quibusdam Marchionibus antecessoribus nostris — producerunt (die Urkunde v. J. 1157 über Grüssow). Nos vero dicta privilegia — confirmamus. — Datum et actum in opido nostro Coln cis Spreuam quarta feria post Natiuitatis Marie, Anno domini millesimo quadringentesimo decimo octavo presentibus — Casparo Ganfs, domino in potest, Wirich de Trutlingen, Hasso de Heib, Johanne de Sporneck, Casparo de Woldenfelz, Gunzelino de Bertensleue, Canonico lubucensi atque pluribus aliis fide dignis.

Aus einer Copie im Archive des Domstifts Brandenburg. Die Urkunde ist vermuthlich falsch, wenigstens ihrem Datum nach.